




*Quem DOMINI struxisse domum iuvat, huic struit ipse  
Privam domum certissime.*

*M. Bartholomæus Bect Theol. Baccal. Pastor,  
& Consistorialis Islebiensis.*



*Ad Lectorem Candidum.*

**S**ic me diva Charis, sic me Dea Sancta Sionis,  
Sic me cœlorum Rex Deus ipse amet,  
Sunt Mel, sunt Nectar, quæ nobis melleus Auctor,  
CUNDISIUS, diò promit ab ingenio,  
Perlege divini MELETEMATA dia NAHUMI,  
ABDIÆ curas perlege laudifluas:  
Dein Sancti HAGGÆI volve exegemata: sanctè  
Juro, deprêndes Nectar & Ambrosiam.  
Dic ergò Auctori grates, Numénque precare  
Cœleste, ut vires corporis atque animi  
Roboret, & servet per Trôica secula, possit  
Ulteriùs Nectar promere & Ambrosiam.

*In Amicitia veterrima & Adfectus sincerissimi  
resseram fac. Eriberga*

*M. Gabriel Schleiffentagius ad S. Petri ibi-  
dem Ecclesiastes.*



**C**undis quondam cecinit Camana  
Disparem Flaccâ numerum & Maronis,  
Ac modos nexit, tenerog, mulsit  
Æthera versu:  
Sed, venustis sepositis Pœtis,  
Eligit nunc fatidicos Prophetas,  
Publico quorum nitidos libellos  
Lumine vestit.

*o suo*